e-codices

Mil P ergin peregre. Ago neque ſtelle in celo. Mil pergin auris tundere
Ago N eque hoc neque illuc neq: enim uō ſerio neque hercle uō. Mil quid
O puſ eſt uerbis quippini quod uno uerbo dicere hic quid uis licet
Ago N eque hercle uero ſerio ſcin quo mō. ita me di amabunt uin bona
D icam fide quod hic inter nos liceat ita me iupiter ſcin q̄
V ide tu credin quod ego fabuler. Mil ſi nequeo facere ut abeas
E go met abire uolo. nam iſti quidem hercle orationi edippo
O puſ eſt comectore qui ſpingi interpreſ fuit. Ago illic hinc iratus
A bijt: nunc mihi cautio eſt ne mea culpa meo amori obiciam
M oram. ibo atque accerſam teſteſ q̄do amor iubet
M e obedientem ēē ſeruo liberum.

ANTAMONEDES MILES LYCVS LENO.

D ij illum infelicitent omneſ qui poſt hunc diem leno ullam ueneri
vnq̄ imolabit hoſtiam. qui ue ullum thuriſ granum
S acruficauerit nam ego hodie infelix diſ meis iratiſſimis
S ex imolaui agnoſ: nec potui tn̄ propitiam venerem
F acere uti eſſet mihi: qm̄ litare nequeo abij illinc illico
I ratus uetui exta proſecarier: neque ea aſpicere uolui quoniam
N on bona aruſpex dixit deam ēē indignam credidi
E o pacto auare ueneri pulcre adij manum q̄do id
Q uod ſat erat ſatiſ habere noluit; ego pauſam feci: ſic ago
S ic me decet ego faxo poſthac dij deq; ceteri contentiores
M age erunt atq; auidi. minuſ cum ſcibunt veneri ut adierit leno manum.
C ondigne aruſpex non homo triboli omnib; in extis aiebat
P ortendi mihi malum dānumq; & deoſ eſſe iratoſ mihi.
Q uid ei diuini aut humani quiſ crederet mina mihi.
A rgenti dono poſt illa data eſt. S; queſo ubi nā illic reſtitit
M ileſ modo qui hanc mihi donauit, quem ego uocaui ad prandium.
S ed eccum incedit. Ant ita ut occoepi dicere
L emile de illa pugna pentetronica qua ſexcenta hominum
V no die euolaticorꝝ manib; occidi meiſ. Ly euolaticorꝝ
H ominum. Ant ita dico q̄. Ly an obſecro uſquam
S unt homines uolatici. Ant fuere uerum ego interfeci
Ly Q uo modo potuiſti. Ant dicam uiſcum Legioni dedi
F ūdaſq; eo proſternebam folia farferi. Ly cui rei.
Ant N e ad fundaſ uiſcus adhereſceret. Ly perge optume hercle

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20192r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20192r)